



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

LXXXV. Ejusdem Karoli praeceptum pro eadem Ecclesia Augustodunensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

ex eisdem rebus aut alicujus terreni servitij vel muneris exigatur, ut ex eisdem rebus aliquid auferatur aut diminuat. Sed ut illius bona intentio atque decreti confirmatio firmiter habeatur & perpetuis temporibus conservetur inviolabilis, nostram deprecaturam est magnificentiam ut super hoc nostrae auctoritatis preceptum fieri dignemur. Cujus petitionem ratam judicantes, hoc altitudinis nostrae preceptum illi fieri iussimus; per quod omnimodis firmamus atque jubemus ut nunquam vel nusquam ex rebus in praefato privilegio consistentibus à nemine mortalium quicquam tentetur evellere vel diminuire, sed sicut in praefato privilegio constat esse praefinitum, in cunctis ita inviolabiliter nostris futurisque temporibus maneat firmum atque inconvulsum. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas nostris futurisque temporibus majorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione subfigillari iussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.
Folchricus Diaconus ad vicem Ludovici recognovit & subscripsit.

Data xviii. Kal. Iulij anno xix. Domni Karoli gloriosissimi Regis, Indictione vii.
Actum Tulliaci villa in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXXV.

Ejusdem Karoli praecipuum pro eadem Ecclesia Augusodunensi.

An. 859.
Ex eodem chartulario.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Quicumque regiae dignitatis culmine effertur desiderat, merito cum praefato oculis semper habere debet cujus gratia praefertur. Igitur noverit omnium sanctae Dei Ecclesiae fidelium & nostrorum tam praesentium quam & futurorum sollicitia quia nobis, qui ubique res ecclesiasticas pro viribus tutari atque augmentari gaudemus, ob emolumentum mercedis animae nostrae libuit cuidam sanctae matri Ecclesiae Eduorum, quae noscitur esse dicata in honore sancti Nazarii martyris Christi, cui etiam praefertur videtur Ionas venerabilis Praefatus, restitui atque solemniter refundi quandam villam quae vocatur Tiliniacus, cum omni sua integritate. & est sita in pago Orcharense, super fluvium Sagonnam. Ipsa enim villa olim per incutiam rectorum praedictae Ecclesiae & indivolorum hominum violentiam ab eodem loco distracta esse dinoscitur. Vnde nos, sicut supra praediximus, res Ecclesiarum pro viribus tutamus, hoc celerrimum nostrae preceptum fieri ac praedicto sancto loco ad deprecationem dilecti nobis memorati Pontificis Iona dari reddique iussimus; per quod praefatam villam cum omnium rerum iure legaliterque sibi pertinentium summa integritate jam dicto loco sancto aeternaliter mancipatam ac perenniter famulandam refundimus & delegamus, eo videlicet modo ut rector praefatae Ecclesiae & successores ejusdem quicquid ex praedicta villa cum omnibus pertinentibus sibi rebus pro utilitate ac commoditate Ecclesiae & suorum

Tom. II.

necessitate facere decreverint, libero in omnibus perfruatur arbitrio canonicè legaliterque faciendi quemadmodum ex reliquis rebus ad eundem locum similiter contrahitis ac restitutis, & nosse anniversarius ac dilectissima nostra conjugis Hirmindrudis in eadem Ecclesia per singulos annos gratia restitutionis istius villae sollemniter celebrari atque honorificè frequentari non negligatur. Et ut haec nostrae restitutionis auctoritas plenior in Dei nomine per supervenientia tempora obtineat vigorem, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum Karoli gloriosissimi Regis.
Folchricus Diaconus ad vicem Ludovici recognovit & subscripsit.

Data III. Idus Octobris Indictione vii. anno x. regnante Karolo gloriosissimo Rege.
Actum Tulliaci villa supra Mosam in Dei nomine feliciter. Amen.

LXXXVI.

Airaudi cessio ad Ecclesiam Brivatensem.

Sacro sanctae Ecclesiae sancti Iuliani martyris vico Brivate, ubi ipse sanctus martyr in corpore requiescit, vel ceterorum corpora sanctorum seu reliquiae ibidem conditae sunt, ubi ad dexteram laevamque Arconcius inclitus confessor seu Ispidius martyr adjacent, ubi in Christi nomine Bernardus gratia Dei Comes super ipsam casam Dei rector praesertim videtur, seu & Adalgisus Praepositus super ipsam catervam sancti Iuliani custos praesertim videtur. Ego igitur in Dei nomine Airaudus, metuens casum humani generis & fragilitatem, ne me subitanea mors praecuperet, propterea cedo ad ipsam casam Dei vel ad ipsos Canonicos ibidemque Deo servientibus in stipendia fratrum vel ad sacrificium Deo offerendum aliquid de rebus meis propriis, ut ipsi sancti seu & ipsi Canonici, qui ibidem sunt degentes, intercessores sint pro peccatis meis ad Dominum. Et sunt ipsae res sitae in patria Arvetica, in vice Ambronense, in villa cui vocabulum est Buciaci. Cedo ad ipsam Ecclesiam Dei vel ad ipsos Canonicos in ipsa villa casam meam domesticariam, cum aliis mansis, cum curtis, ortiferis, pomiferis, & aliis campis, pratis, pascuis, & molendinis tres, cum cunctis adjacentiis, aquis, aquarumque decursibus, viae, cultum seu incultum, quascumque vel quicquid adquirendum est, omnia & ex omnibus quantumcumque in ipsa villa vel in ipsa cultura habeo vel acquirere potero integrum cedo ad ipsam casam Dei vel ad ipsos Canonicos in illorum stipendia tam praesentium quam & futurorum, tam de alode quam de tracto, ut faciant ipsi Canonici de ipsis rebus in omnibus in illorum stipendia vel ad sacrificium Deo offerendum quicquid facere voluerint. Et tamen mihi placuit voluntas ut dummodo ego advivo, titulum usufructu mihi liceat possidere. Et post obitum, quandoque Deo placuerit, in vestrisque partibus faciat permanere. Et si ego uxorem duxero, & filios & filias mihi

An. 860.
Ex chartulario Ecclesiae Brivatensis, cap. 115.

A A A A